



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Novissima Polyantha, In Libros XX. Dispartita

Dominicus

Francofurti, 1613

Mora

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97211](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97211)

as diuerfas dat proprietates locis ex sicu & illes non multum alterant ipsorum natu...

nulla interiecta membrana distinguuntur. Aristot. Problem. sec. 10. rest. 10.

Monstra in ouis sunt pro ratione separationis albuminis, & pro quantitate vitelli. Jo. Gra. in 4. de gene. ani. c. 4.

Monstra vocantur praecantus citharædorum, quos inarticulate canunt, vt experiantur chordatum discordantiam, est secundum conuenientem melodiae rationem extensa sunt. in 1. post. cap. 18.

Monstra nec sunt naturæ particularis, nec secundum particularem naturam: sed sunt secundum vniuersalem naturam, quia nihil est in vniuerso præter naturam. in 2. Phys.

Monstra sunt peccata naturæ, nec ea facere natura intendit, ideo naturæ finis non est monstra procreare. Idem ibid.

Monstra concretere & generari faciunt quædam loca in caelo, cum illis luminaria conueniant, & impediunt in propria, & efficaci materia figuram humanam generari. Alb. Mag. in 2. de minor. tra. lib. 3. c. 2.

Monstrum.

DEFINITIO. ET ETYMOL.

Monstrum, Græce, τρεῖς, tres, & τετραδύς, quatuor, monstrum, quod dicitur a τρεῖς, tres, & τετραδύς, quatuor, quia monstrum est quod ex tribus, vel quatuor partibus componitur...

SENTENTIAE PHILOSOPHICAE.

Monstra licet sint ex natura, tamen non à natura sunt per se, sed à materia defectum. in 2. Phys. tract. c. 4.

Monstra quæ à natura producuntur, potius occasionata quam à natura debent. Alb. Mag. anim. lib. 18.

Monstra propter quatuor causas sunt: primo propter materiam, secundo propter materiam superfluatam: tertio propter qualitatem improprietatem ad materiam: quarto propter quantitatem improprietatem ad materiam. Alb. Mag. in 2. Phys. tract. c. 6.

Monstra propter diminutionem materiae tribus sunt modis: scilicet diminutionem membrorum, & non secundum materiam: secundo secundum diminutionem, & secundum numerum: tertio secundum numerum, & non secundum magnitudinem. ibid.

Monstra, quæ sunt propter diminutionem materiae secundum quantitatem magnitudinis, vel secundum numerum, vel secundum materiam, vel ex diminutione materiae, vel ex debilitate materiae formatur: quæ non potest formare, nisi partem de materiae materiae: & sic contra, quæ propter superfluitatem materiae. Alb. Mag. in 2. Phys. tract. c. 3.

Monstra magis sunt in animalibus, quam in plantis: quia animalium semen mollius est, & plura exiguntur ad terminationem materiae feminis plantæ: & animal est difficilis generationis & materiae facilis. ibid.

Monstra generantur propter corruptionem alicuius principii. ibid.

Monstra si duo capita habent, vel duo alia membra, vtrum sint animalia, vel plura, patet ex hoc, si cor vnum habent, sunt vnum animal: si plura, plura. ibid.

Monstra ex homine & cane oriri non possunt, quia tempora gradus in homine & cane plurimum differunt, & nullam naturam in tempore potest. Arist. de gen. anim. 4. c. 4.

Monstra dicuntur, quod præcedant forma multimembri. ibid.

Monstra vnum vel plura esse iudicandum est, si principium, vt corpus vnum, vnum animal: si duo, duo animalia: partes vero superfluas generationes sunt. ibid.

Monstra parua quadrupes pariant: homo autem & grandes parua, quæ longè fecundiores sunt, quam grandes, & monstra parua solent, cum plura femina coherescunt & confunduntur. ibid.

Monstra autem ex geminatis illis consistit, quorum vitelli...

Mora.

DEFINITIO. ET ETYMOL.

Mora, expectatio, temporis dilatio, cunctatio: diarevō, diarevō, diarevō, diarevō. Hebr. Hith kebab, a verbo habab, supplantauit, quod proprium eorum est qui moras nectunt.

SENTENTIAE POETICAE.

Quid. II. Metam.

Sed mora damnosa est, nec rei dubitare remittit: Dum super est aliquid, cunctis caramus ad arma.

Lucan. 22.

Tolle moras, semper nocuit differre paratis.

Sen. Thyest.

Serum est cavendi tempus in medijs malis.

Silius 4. Manil. 4.

Pelle moras, breuis est magni fortuna fauoris.

Mora saepe malorum.

Dat casus.

Quid. I. Remed.

Vidi ego quod fuerat primo sanabile vulnus.

Dilatam longa damna tulisse mora.

Quid. Epist. 18.

Longa mora est nobis omnis, quæ gaudia differt:

Da veniam fuisse non patienter amo.

Nam mora dat vites teneras, mora percoquit vinas,

Et validas egere, quod fuit herba facit.

Quæ præbet latas arbor stantibus ibus umbras,

Quæ postea est primum tempore virga fuit.

Tunc patet in arboribus summa, tollere reuelli,

Quæ stat in immensum viribus aucta suis.

Ibidem.

Verba dat omnis amans, reperitur, alimentum moranda.

Idem Epist. 19.

Assumpsit vites, auctus, flamma mora est.

Quis, sicut nunquam paruis vel tempore longo

Ex spe, quam dederat tu mihi, crescit amor.

Sen. Agam.

Omnis, nimium longæ proferanti mora est.

Quid. 4. Met.

Ad opem brevis hora ferenda est.

Sen. Agam.

Proinde quicquid est, da spatium & tempus tibi,

Quod ratio nequit, saepe sanauit mora.

Quid. 3. Fast.

Differ habere parua commoda magna mora.

Periculosa in salutis negotio dilationem esse.

Craesina quis differt meliorem in tempora vitam.

Quis rede hunc dicat censuisse sibi?

An qui promisit veniam, si crimina plangas

Craesina promisit tempora certa tibi?

Qui piger est, hodie super ad mandata monarcho,

Ipse obsequio cras minus apertus erit.

Emporij tempus, nunc est, si fluxerit illud,

Postea iam nulli quaerere lucra licet.

HIEROGLYPHICVM.

Sunt qui tradant credi solitum, Fornicam eo nunquam exire quo yelperilio vel semel accesserit: atque ideo Fornicam sub spectationis ala positam, & mora & tarditate aut impedimento significatum habere. Pier. Tuler. lib. 25. pag. 23. D.

Tide Cumãgrio, Festinatio, Celeritas.

EMBLEMA.

Nunquam procrastinandum.

Emblema III. Andr. Alciati.

Alciata gens insignia sustinet Alci.

Pinguibm

